

PAVLI PP. V. a quoquam ; quavis autoritate quomodolibet indebet molestari ; contradictores quoslibet , & rebelles , ac premisis non parentes per censuras , & panas Ecclesiasticas , aliaque opportuna iuris , & facti remedia , appellatione postposita , compescendo , invocato etiam ad hoc , si opus fuerit , auxilio brachii secularis .

Derogat con-
trarijs .

§. 7. Non obstantibus fel. Record. Bonif. Pape VIII. predecessoris Nostri de una , & in Concilio Generali edita ; de duabus dietis , dummodò ultra tres dietas , aliquis autoritate praesentium ad iudicium non trahatur , aliisque Constitutionibus , & Ordinationibus Apostolicis , ac predicti Ordinis etiam iuramento , confirmationem Apostolica , vel quavis firmitate alia roboratis Statutis , Consuetudinibus , Priviliegij quoque , indultis , & literis Apostolicis eidem Ordini , illiusque Correctori , Collegiis , Procuratoribus , Superioribus , aliquique personis , sub quibusunque tenoribus , & formis , ac quibusvis etiam derogatoriis derogatorijs , aliquisque efficacioribus , & insolitis clausulis , ac irritantibus , & alijs decretis in genere , vel in specie , ac alijs in contrarium praemissorum quomodolibet concessis , confirmatis , & approbatis quibus omnibus , & singulis , etiam si de illis , eorumque totis tenoribus specialis , specifica , & expressa , & individua , non autem per clausulas generales idem importantes mentis , seu quenis alia expresso habenda , aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret , tenores huiusmodi , ac si de verbo qd verbum inferirentur , presentibus pro expressis , & ad verbum insertis habentes , illis alijs in suo robore permanjuris ; hac vice dumtaxat specialiter , & expressè derogamus , exterisque contrarijs quibuscumque .

Transumptis
fidem adhibe-
ri iubet .

§. 8. Volumus autem , quod praesentum transumptum etiam impressis , manus dicuimus Notarii publici subscriptis , & Sigillo aliquiis persone in dignitate Ecclesiastica constituta munitis , eadem pro sis fides in iudicio , & extra illud adhibetur , que ipsis praesentibus adhiberetur , si forent exhibite , vel ostensa . Datum Roma , apud Sanctum Marcum sub annulo Piscatoris die 1. Octobris 1605. Pontif. Nostri Anno Primo .

